

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**PLVTARCHI||CHAERONENSIS,|| SVMMI PHILOSOPHI|| &  
Historici,|| VITAE PARALLELAE,|| seu Comparatæ,||**

Cui subiecti sunt Indices tres ... ad commodum lectoris summa diligentia  
confecti

**Plutarchus**

**Francoforti ad Mœnum, 1592**

Interpretis annotationes in Cleomenem

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-360](http://urn:nbn:de:hbz:468-1-360)

passa alium adire aut spectare, nisi eum qui ad inferendam cædem erat constitutus, heroicè mortem obiit: neq; ei quocquam v̄sus fuit qui mortuę corpus componeret aut velaret. adē animi modestia etiam exitui eius adfuit: cumq; corporis habitum, quo se viuens munuerat, conseruavit. Ita Lacedæmon extremo tempore exempla mulierum cum viris incerta victoria de honestate certatium veluti in scena proponebat, ostendit virtutem à fortuna violari, turpitudinēe affici non posse. Post dies haud multos, iij, qui in crucem a cætum corpus Cleomenis custodiebant, iusta magnitudinis draconem viderunt caput eius circumplexasse, faciemq; operuissē, ita ut nulla carniuora avis aduolaret. Id superstitionem regi iniectit, metusque expiationum nouarum causam mulieribus præbuit: quod vir dijs charus, & præstantioris humanae naturæ imperfectus videbatur. Alexandrini etiam frequentes ad eum locum commeantes, Heroem Cleomenem, & Deorum filium appellauerunt tantisper, dum eū errorem doctiores minuerunt: docentes putrefacto bouis cadavere, apes, equi vespas, asini scarabeos generari: in humano autem corpore, confluentefanice quæ est circa medullam, & in unum coalescente, angues nasci. id quod intelligentes antiqui, ex omnibus animalibus draconem potissimum heroibus consecrauerunt.

### I N T E R P R E T I S A N N O T A - 25 tiones in Cleomenem.

#### I Mortui Agidis.

**H**ic vitam Cleomenis ordior. Et si enim in Græco diuisa à priore non sit, tamen id nobis perspicuitatis causa faciendum videbatur. alioquin animaduerti multa ex Cleomene citari, quæ sunt in Agide: & vicibim.

2 Agide, quod conatus. ] εἰδὲ ἀσφαλὲς λῦτέω. Quod postremum vocabulum est međosum, ac nisi quid desit, τύπον videtur reponendum. Sensum arbitror me aperuisse.

εἰδόλειν      3 Demulcendum blandiendo. ] εἰδόλειν. Alij per duo λειπον.      4 Ascribunt: sed tamen εἰδόλος etiam legitur ὁ κόλαξ. Tardius

dertinus non recte vertit, Incitandum. Indicabat autem Leonidas, animis puerorum Tyrtai carmina suauitate sua illabi, eosque delinire, ut precepta honestatis severa vtcunque & aspera accipiant atque amplectatur. Hac enim vis est poetarum, atque inde Orphei & Amphionis fabula tractare: quod & Horattius monuit. Esse autem ἀρέλατην blandiri & delinire, cum Grammatici Graeci docent, tū testimonij ostendi potest. Apud Aristophanem in Equitib[us] ἀλλαγὴν τῶν οὐρανοῦ ille oraculo delinitus: τὸ μὲν (inquit) λόγιον σύργλασμα. Vbi quod addit Scholes, legere quosdam λόγια καὶ λέξει, lectioni Plutarchiana videntur adstipulari, quae uno tantum λυτταρ: ita enim affinior lectio alteri est. Et Philostratus in vita Apollonij Tytani, libro 2.c.5.elephantum describens, qui magistro suo ab blandiretur inter alia, ταρσιόντα τε, ait, τῷ ταρσουνάᾳ αὐτῷ λέλαται, &c. Tyrtai aut fragmenta extat quadam, unde qualis fuerit poeta, hodieque & stimare homo non ineptus possit.

4 Empneisthæ.] εἰπωνεῖθε. Idem etiam εἰπωνεῖθαι δι- εἰπωνεῖ- cebatur. Vnde εἰπωνλός amator vocabatur, amasius αἴτης. διει- tamet si hoc vocabulo etiam amator exprimitur aliquando, εἰπωνλός, 20 ut apud venustissimum poetam Theoc. Idyllio 28. quod inscribitur αἴτης. bitur Amator. σέγητε δὲ ὑμεῖς αἴτας, οὐδὲ δέδειλεν αἴτας. ζειρ. Idem αἴτης, Idyllio 12. Λοιὰ διή πνε τώδε μετ' ἀμφιλέσοιστη γενέσιων φῶθ. οὐ μὲν εἰπωνλός, φείγχος μυλαίσθων. 25 τὸν δὲ ἔτερον πάλιν, ὁσκεν οὐ δέσαλος εἴποι αἴτας.

Vide que ibi sunt in Scholijs.

5 In unum corpus redigere.] Id est, in unam ciuitatem atque foedus: quomodo Achaicas paulo ante urbes in unam ciuitatem contraxerat, ut copiose Polybius libro 2. & nos stet in Arato ostendunt. In Graeco est eis μιαν σύνλαξιν. Quae vox cum aliquando tributum significet (vt in Arato, & aliibi etiam apud hunc ipsum autorem) inepte Tudertinus contra loci huius & historia naturam id arripuit: quasi ve-

ro non

rò non omnis res publica & ciuitas eleganter cívīcīs dice-  
retur.

6 Apud Belbinam.] Laconicae oppidum hic intellige, nō insulam Aeginæ vicinam. Hoc oppidū Stephanus nouit. Pausanias est (nisi male suspicor) Βελεμίνα, Belemina, & Proles in eo Blennina, Βέληνια: Suida Βελείνα, Belybina, nam recte ita legi, ordo literarum testatur.

7 Leuctra nomine.] Apud Polybium, grauem & accu-  
ratum scriptorem, & à quo hanc narrationem potuit noster  
mutuari, locus hic non Leuctra, sed λαοδίκια iterum nomi-  
natur, Laodicia lib. 2. Idem Megalopolitanorū tyrannū λυ-  
στίδων, Lysiadem vocat: quam genuinam esse scripturam,  
& hic vicio ponit λυστίδεω puto. Quippe in Arato etiam se-  
mel λυστίδας, deinde semper λυσιάδης legitur. De cæde et-  
iam Archidami idem Cleomenes, ubi lib. 5. mortem huius in  
describit, insimulat. Porro quod est hic, Apud ipsam vr-  
bem, de Megalopoli videtur intelligendum.

8 Alsaam.] Hoc vocabulum nunquam alibi reperio: de  
Arcadica aliqua urbe divi apparet. Videndum an de Alea lo-  
quatur, & αλέαν vel sane αλέαν scriperit autor. Alea in 20  
Arcadia cum alijs autores, tum Plinius quoque meminit, lib.  
4. cap. 6.

9 Namq; verecundus.] Proverbialis heroici versiculi  
pars est, de autore mihi non constat: antiquum esse satis pa-  
ret, cum de eo etiam Plato in Euthyphrone diffusat. Home-  
ri verba priora sunt Helenæ ad Priamum, lib. 3. Iliadis: po-  
steriora de Gracis cum metu & silentio suis ducibus obtem-  
perantibus, lib. eiusdem operis quarto.

10 Et scutum ferre, non lorio.] Μή δχέρνε, οὐδὲ τόπ-  
ται. Cur ita verterim, dicam. τόπται hoc loco mihi vi-  
detur dici lorum, quod fibulis scuto annexum ab humero si-  
nistro & collo dependebat, eoque scutum regebatur antiqui-  
tus. δχέρνε vero, quæ & δχανον dicitur, intelligo ansam sue  
armil-

armillam in tergo scuti, cui brachium sinistrum infereretur, atque ita scutum gestaretur atque regeretur. Omnino autem quod alias τελαμὼν dicitur, id hic appellari οὐρανὸν existimo. Neq; piget Herodotus verba adscribere, optimè hoc facientia: sunt autem ex libro primo, vbi de Caribu, loquitur. ἡ ὄχεα ἀστιστοῖ εἰσι οἱ ποισάμενοι πρώτοι. τέως δὲ αὖτε ὄχεαν ἐφόρεον τὰς ἀστίδας πάντες, οἵτε ἐώθεισαν αστιστοῖς χρέοδι, τελαμῷ εἰς σκυπίοντοι οἰκκίζοντες πεζοὶ τοῖσι αἰχέσι τε καὶ τοῖσι αειεροῖσι οἱ μοισι πεινέμενοι. Hinc est illud Virgilianum: — Clypeoq; sinistram Insertabam aptans — & multa similia p̄fsm. Eustathius hęc non accuratè distinxit: quem in praesentia missum facio.

II. Qui onij dicuntur. ] τὰ ὄντα in Graeco est. quod uterque interpretum secutus, de locis opportunitis in genere vertit: quasi hoc sit ὄντον, ac non potius id quod nos venale dicimus. Ego mendoza locū suspicatus facile fui, neq; difficulter tamen emendari posse deprehendi. Legendum dico τὰ ὄντα: vt montes Onij intelligantur, qui à Scironijs petris, ea parte qua ad Atticam est via, usq; ad Bœtiam & Cithero-nem pertinent. Strabo lib. 8. Caterini Gerania mons est inter Megaram & Corinthum, cuius & Stephanus de Vribus, & Pausanias in Atticis, quo loco Megaricam describit, meminerunt: quorum hic etiam nominis rationem adferit, quam inde petent qui volunt. Meminit & Plinius 4.7.

25 12. Militib. haud multis. ] eis Ἀργον, πολλὰς ἔχων. Legendum, & πολλὰς, quod & Tudertinus vidit. requirit enim hoc sensus. Quod autem creditum est Cleomenem temerarium fuisse, quod in Argolicā impressionem faceret, nequam potest aut debet ad multitudinem militum Antigoni, sed naturam locorum referri: quod disertis verbis Polybiis in huīs historiæ expositione testatur, haud procul fine libri 2. quem quidem noster secutus est, quod & ipse præfert.

13 In fra-

**ρομφαῖα.** 13 In framea modum.] ἐρομφαῖας Rhomphaeā in Pau-  
lo Plutarchus usurpauit pro hasta Thracica, in descriptione  
prælii quo Perseus est vicitus. Eam ego apud Cornel. Tacitum  
frameam arbitror appellari, de moribus Germania prope  
initium: aut certè non ita ab similia ea inter se fuisse, ut ita,  
verttere nobis non liceat. Quod si cui non placet, bona mea  
pace Rhomphaeā retinebit: quando Gellius etiam videri po-  
test eam à framea diuersum quippiam iudicasse, lib. 10. c. 15.  
vsumq; rhomphæ vocabulo Ennius idem asserit. Enstat.  
quidem in Iliad. v. scribit, ab antiquis traditū esse, scelos bar- 10  
barorum Thracē magnis vsos gladijs, eosq; à nonnullis ap-  
pellatos rhomphaeas.

14 Cyllarabin.] Suprà Cyllarabium dixit: quod voca-  
bulum apparet esse denominatiū. κυλλάραβιν autem h̄c  
scribendum satis constat, etiam ex Varino ordinem litera- 15  
rum secuto. Est autem Cyllarabi gymnasium Argiuorum,  
minus ccc passus ab urbe. Luius libro 34. Pausanias libro  
2. à Cylarabō (vnico & scribitur κυλλάραβι) Stheneli F. dictū  
ostendit.

15 Prius, inquit, panis.] Id est: Oportet prius quam pro- 20  
ræ & clavo præficiantur rectores, & clas̄is instruatur, de  
commeatu & sumptibus constare. Sic ego diuinai: cum ni-  
bil aliud suppeteret. Tudertinus clas̄is oculis sententiam in  
genere extulit, præterito eo quod erat obscurum. Amiotus lo-  
cum corruptum iudicauit. Mihi quidem enigma est, fortas- 25  
se nauticum, & quod in re nauali usurparetur communis ser-  
mone dicterium: qualia videmus vulgo singulis propè artifi-  
cibus sua esse, que non omnes alij intelligent. Viderint do-  
ctiores.

16 Insidijs præfectus erat.] Scilicet vel cauedis, vel et- 30  
iam hosti struedis. Sic enim vocabulū κρυπτέα intelligo, cum  
κρυπτεόμενος sit τὸ ἐνδέρεύομενον. & videtur huic loco quadra-  
re. Nā Tudertinus omisit: alter in genere vertit. Sanè in vi-  
ta Ly-

ta Lycurgi etiā heilotum illa occidio per insidias facta xpū-  
mīa nominabatur: vt verisimile sit, insidias xpūmīas Spar-  
tanos dixisse.

17 Verūm Ptolemæus senior.] Nimirum Euergetes,  
s cui successit Philopator. Vide Polybium lib. 5 & alios.

18 De Achille Homerus.] Locus est primo Iliadis.  
Porro Apin bouem esse, quem religiosè Aegypti sacerdotum  
opera educant, notum est.

10 PLVTARCHI TI. GRACCHVS, GVI-  
lielmo Xylandro, Augustano, interprete.

**P**A R Romanorum explicata iam duorum Græcorum,  
quib. cum ijs conferri debeant, historia ad contēplan-  
dum proposituri, Ti. videlicet, & C. Gracchos, haud  
15 leuiores haec tenus explicatis casus deprehendemus. Patre hi  
eodem nati sunt, Ti. Graccho: cui cūm censura, duo consu-  
latus, totidemq; aeti triumphi magnam attulerint gloriā,  
splendidiorē tamen virtus dignitatē conciliauit. Itaque  
etiam Scipionis eius, qui Annibalem superauit, filiam Cor-  
20 neliam non amicus quidem, sed in republica aduersatus, z  
post mortem eius qui in matrimonio haberet, dignus est iu-  
dicatus. Ferunt eum, cūm aliquando in lecto par anguium  
reperisset, & arioli eo prodigio considerato iussissent neq;  
interficere vtrunque, neque dimittere, sed alterum modō:  
25 dixisset que marem cæsum Tiberio: fœminam necatā Cornelie  
mortem afferre: amore vxoris adductum, & quod se  
oppetere exacta iam ætate æquius esse putaret, quam Cor-  
neliam adhuc iuuenem, marem dimissa fœmina necasse:  
neque diu pōst vita abijisse, Cornelia cum duodecim ex eo  
susceptis liberis relicta. Cornelia domo & liberis receptis, Cornelie  
tantum pudicitiæ, amoris in liberos, magnanimitatisque laus.  
adhibuit, vt non malè statuisse maritus eius iudicaretur, qui  
pro tali vxore mori voluerit. Quippe & Ptolemæi nuptias,  
ambientis eam & ad regni societatem vocantis, repudiauit:  
30 & cūm vidua cæteros liberos amississet, vnam filiam, quæ  
deinde Scipionis Africani posterioris vxor fuit, ac Ti. & C.  
filios, de quibus hæc scribimus, tanto studio educauit, vt,  
cūm in confessio sit neminem Romanorum ijs bonitate in-